



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Julianus Conf: 12. Februarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

109. (109.)  
S. JULIANUS CONF:

12. Februarii.

*Tuorum tibi conscius peccatorum,  
quomodo potes de alterius judica-  
re peccato. Ambros. in psal. 118.*

**Q**UOTIES dum hostem petit, se sauiat,  
& suos ira! Domo aberat IVLIANVS  
familiam Conjuge curante. Interea paren-  
tes adsunt, & quem puerum amiserant, fi-  
lium querunt. Heu! quām præstabat nun-  
quam invenire. At Conjux gratulata sibi,  
quod benefacere etiam absenti IVLIANO  
in parentibus posset, humanissimis ver-  
bis hospites salutat, epulo lautissimo exci-  
pit, ab epulo in suo thalamo moliter locat,  
nescios funebrem se lectum concendere.  
Et fortè jam filium somniabant, cùm ecce  
adest hīc, & ubi primū à geminis premi  
lectum videt, sive nox, sive thori violati  
suspicio oculos fascinaverat, præcipiti vin-  
dictā utrumq; ferro trajicit, lectumq; dum  
ab adulterio purgare parat, ah! parricidio  
maculat. Mox uxor superveniens, & dies  
facinus monstrant. Hīc demum IVLIA-  
NVS non longius fugisse se parentes, inge-  
misse,

[80] 110 [81]

misere, accusare parricidas manus, ultro  
omnes culeos advocare, denique cogitare,  
qui nefas tantum seriò in se castigaret. Lon-  
gum supplicium placuit, Xenodochiū propè  
fluminis ripas construxit, rectius in hoc  
hospites pauperes accepturus. Et fuit cùm  
leprosi formam Christus induit. Hunc cùm  
**IVLIANVS** transportatum foco fovisset ri-  
gentem, mensa elurientem, & suo lectulo  
dormitientem; ecce parricidii veniam  
manifestus vel dedit, vel olim datam nun-  
tiavit. Perrexit tamen ille operam suam eò  
studiosius probare, quò hospitibus nobili-  
oribus jam frequentari videbat ædes.

*Ex Pet' de Natal.*

## M E D I T A T I O

### *De temerario Judicio.*

1. **N**olite judicare, & non judicabimini; Mat. 7.  
Deus non creavit te judicem alterius, sed  
socium. Pater omne judicium dedit filio. Tu si alte-  
rum judices, jurisdictionem filii Dei tibi arrogas.  
Meliùs fasces, si te ipsum per examen conscientiz  
judices, ut non judiceris.

2. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.*  
Justo scilicet Dei judicio fit, ut temere judicantes,  
aliis vicissim temere judicentur; imò ut in defe-  
ctus incidant, quos aliis impingunt,

39

3. Hypocrita! ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. Luc. 6. En remedium extirpandi judicium temerarium, tuos ipse defectus inspice, & alios non judicabis. Denique si dubitas de facto fratri tui, cur in pejus interpretaris? si aperte malum est, excusa intentionem, si opus non potes. Puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum.

## S. MARTINIANVS CONFESS:

13. Februarii.

*Periculis in civitate, periculis in  
solitudine, periculis in mari.*

S. Paul. 2. ad Cor. II.

**V**itam solam MARTINIANUS agere coepit octo & decem annorum adolescens. Daemon malus ejecitus statione sua militem, veteris serpentis exuvias induit. Sed nihil nisi risum retulit, quo merito humi eum repere post casum tam altum dixit. Quid ageret victus serpens? ut virum decipiat, iterum mulierem subornat. adeo hæc panniculis involuta, & velut à viâ exerrasset, magnis ejulatibus, ne in pabulum ferig